

Absit autem temeritas, impatientia, diffidentia, &c. Modeste querit Maria Luc. II, 48. quare hoc fecisti nobis, mi fili?

(2) Rejectionem quandoque praesumunt pii ex defectu sensus divinae gratiae, &c. verum praesumunt, & aliud plane paulo post deprehendunt.

(3) De occultatione vultus div. v. Pf. LI, II.

USUS E VERSU XVI,

(1) Expirationi videmur proximi, quando omnes disparuerunt vires; nu bin ich gar dahin! Thren. III, 54.

(2) Miserae & concussiones certos veluti paroxysmos, incrementa & decrementa, admittunt. Deo itaque nos semper & ubivis committamus totos.

(3) De Dei terroribus, lege incussis, itemque ex periculis undique imminetibus subortis, loqui sciunt tentati, Conf. Pf. VI, 3. 4.

(4) Desperationi resistendum masculè, imò cum *Abrah.* contra spem in spem perendum: Rom. IV, 18. *etiamsi me occiderit Dominus Job. XIII, 15. etiamsi haec occultes tecum c. X, 13. Conf. Hab. III, 2,*

PSALMI LXXXIX. DISPOSITIO.

Rex Christus. Gratia & veritas sub cruce.

Consideranda hic I. gratiae divinae celebratio: ubi (1) propositio: *canam gratiam Dei plurimam veritatemque in seculum: v. 2. simul afferendo, gratiam hanc stabilendam perenniter; veritatemque aequè ac caelos ipsos fore constantem: v. 3.* (2) Declaratio gratiae: quod illa sit, qua (a) *Deus ipse (b) fœdus pepigit (c) cum Electo suo, jurans Davidi servo suo: v. 4. (d) semen tuum confirmabo in seculum: (e) thronum tuum struam ad quasvis generationes: v. 5.* (3) Expositio laudum uberior: (a) *caeli celebrabunt mirabilia tua: v. 6. (b) in cœtu sanctorum veritas tua laudabitur: ibid. (4) Rationes laudum novæ: (α) Deus est incomparabilis: v. 7. (β) formidabilis ac venerandus: v. 8. (γ) robustus: v. 9. (δ) verax: ibid. (ε) imperans mari fluctibusque ipsius: v. 10. (ζ) prosternens hostes suos: v. 11. (η) possidens caelum terramque cum omnibus, utpote à se conditis: v. 12. Speciatim recensetur septentrio, meridies, Thabor & Hermon. v. 13. (θ) potentia est penes tuum brachium, manum atque dextram: v. 14. (ι) tu es rex justus: (κ) gratiosus, (λ) verax, v. 15.*

II. Ecclesiae, tanquam populi hujus Summi Numini proprii, felicitas: ubi (1) *beatitudo: v. 16. (2) beati, hic & in seqq. descripti. (3) rationes: (a) norunt vel possunt in te jubilare: (b) ambulant in lumine vultus tui sereni. ibid. (c) quotidie gaudent in tuo nomine. v. 17. (d) per justitiam tuam extolluntur. ibid. (e) tu ipse es decus roboris ipsorum & pro tuo beneplacito effers cornu nostrum, v. 18. (f) tu es chlypeus & (g) rex noster: v. 19. Id quod ex*

A USUS E VERSU XVII.

(1) Indignationes vocantur à carne nostra, quae tamen ex parte Dei sunt paterna castigationes aut explorationes: Ebr. XII, 5.

(2) Terrores, absque Spiritus sancti confortatione, conscientis incussi atque tolerati, vix explicari satis possunt verbis, nedum humana vi superari. Tentatio.

USUS E VERSU XVIII.

(1) *Cor semel rectè passionibus hujusmodi subactum atque occupatum, nullâ horâ fermè respirationem persentiscit; ubivis circumdatur his aquis, instar piscis nantantis, aut hominis in aquis propediem suffocandi, ambitur arctissimè.*

(2) *Urbs cordis, ab omni latere invasa simul ab obsidente hoste, expugnationi proxima: ita anima nostra irruentibus simul undique ignitis Satanae telis: Ephes. VI, 16.*

USUS E VERSU XIX.

Recurrunt hic eadem, quae v. 9.

B propriis Dei adstruitur promissis, *Messiam splendide pollicentibus; de (a) heroë, electo, Davide, Dei servo adjuvando, evchendo, unguendo. v. 20. 21. conservando, vers. 22. contra hostes. v. 23. percutiendos, vers. 24. per constantem etiam gratiam extollendò: v. 25. de regimine ejus extendendò: v. 26. de eodem in filium adoptando: v. 27. 28. omnibus terræ regibus praefereudo, v. 28. in gratiosò semper fœdere conservando: v. 29. (β) de ejus posteritate deviante paterne castiganda; v. 30. 33. nunquam ex gratiae fœdere prorsus eliminandâ: v. 34. 35. sed constanter, vi juramenti, conservandâ: v. 36. 37. 38.*

III. Praesens populi calamitas: (1) *tu Deus repulisti: (2) indignaris Messiae tuo: v. 39. (3) fœdus detestatus es: (4) coronam in terram dejecisti: v. 40. (5) macerias rupisti: (6) munitiones vastasti: v. 41. (7) rapinae opprobriisque omnium exposuisti: v. 42. (8) hostibus successus exoptatos concessisti: v. 43. (9) populo autem tuo subtraxisti: v. 44. (10) splendorem ademisti: (11) solium in terram posuisti: v. 45. (12) juvenilem vigorem infregisti: (13) opprobrio obruisti: v. 46.*

IV. Supplicatio flebilis: (1) *quousque occultaberis? (2) quousque in ignis ardebit? v. 47. (3) recordare fragilitatis nostrae: v. 48. 49. (4) ubi gratiae tuae priores? (5) ubi juramentum tuum Davidi in veritate praestitum? v. 50. (6) recordare opprobrii servorum tuorum: v. 51. 52.*

V. Conclusio: *Benedictus Deus in seculum, Amen! v. 53.*

PSAL-

EXPLICA

inform
discalica: vide
terminare hunc ps
rege Egypti
De v
VII, 2. De v
Muis, &
tingere tempus
effertur contra c
veritates, ecclesi
Ethanis:
IV, 31. quod v
tem genere Lev
Par. VI, 44.
praefectus, c. X
(:) const
conconvem ve
VIII, 1.

EXPLICA

miseration
numera sunt mis
numero effe
Psal. XVII, 7. r
cordare וְיִסְמְרוּ
marum: Jes. L
morabo: Thren
non consumiti
Gratia Dav
Davidi de semir
menio Jes. LV. 3
ibus וְיִסְמְרוּ
enim omni
10. nec aliud
IV, 12. imo
facta, Job. I, 1
quam in Psalm
stituit Sacer
in seculum
tuum וְיִסְמְרוּ
1. de periph
cantab
gratiâ, id
miles mecum la
instrumen
idem hoc verb
Prmittitu
obatio, tanqua
captatio
illis dubitar
quoniam vide ad Psal. I
in generatio
singula quasi se
hæc audiat
subinde subsequ
aut propagans
hæc vide Psal. X, 6
psalmum hu
fidelium cœ
esse. vide sis in
veritate
curatamque pro
adimpleri
atur in re, qu
spe, Jes. XXI, 45.